Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

puncto H, quantum scz Cometa ab occasu æquatoris elongaretur innuerat. Angulo paulo ante reperto, nunc æquatoris angulus & horizontis in meridiano nostro Ingolstadiensi consertus, qui gradus habebat 43 mi. 20, producere gradus 53 mi. 44 videbatur, totalem scz angulum, quo cum declinatio & ascensio Cometæ recta sic inuenta est. Quantitate anguli integri siue totalis à C versus B in limbo quæsita E litera scripta est, mox filo in A B lineam reposito margaritam super 49 gr. & mi. 54 illata est. Tertium filo per E tracto, margarita decli. 36 ♉ 58 ♏ iuxta F in instrumẽti area proiderat. Deinceps à G in A vsq; denumeranti gr. 36 mi 170c currerant, interuallũ puncti rectè ascendentis cometæ, punctiq; equictialis descẽdentis. Superius autẽ ostenso eo, quomodo scz 186 ♉ 50 mi. præcise occasum tenuerant, iccirco iam 36 gr. 17 mi. ab eis subduco, quorum residuum gr. 150 mi. 33 ascensio cometæ recta dicitur. Tantum ergo requirebatur cognitionis ad cometæ motum perscrutandum, ex quibus vnà liquebat caudam cometæ à Sole generatam & vmbræ modo (qualis reuera fuit) Solem subinde assequutam. Quam rem, vt sim verius consequutus sequenter audies.



DE AZIMVTH ET ALTITVDINE caudæ animaduersa. Caput 13.

Oniectura iam præualente caudã à Sole vmbræ modo generari, cõmittere non potui, quin illud exactius ad huc peruiderem, proinde huiusmodi proposito aggressus hoc sum. In caudæ extremo punctũ eligens, eius illico extantiam supra horizontem collegi, grad' vt ante 20 ♏ 3, similiter azimuth eiusdem, quod erat septentrionale 56 graduum. Occasus iã spacium siue amplitudinem 14ti gradus 36 mi. ♎ bræ coniungẽti gra. 64 mi. 45 orta sunt. Ea deinde graduum minutorumq; sũma in meteoroscopio ab A contra C quæsita, puncto G signata est. Iam sursum à G numerans gra. 20 mi. 3 altitudinem scz / cum F notabã. Postremo filum per F erectum in limbo gr. 21 ♏ 31 in puncto E abscidit, quæ quidem est capacitas anguli ab horizonte & circulo qui ab extrema cauda in occasum 14 ti gradus minutiq; 36 ♎ ducitur, causari. Margarita post in eodem F statuta, filoq; super lineam A B promoto, vnio gra. 69 mi. 10 in puncto H per lineam A F significato demonstrat, semper enim lineæ A F quantitas discenda est in linea A B, velũti ad nauseam ferè hactenũ inculcatum est.



DE VERO CAVDAE EXTREMITAtis loco, eo quẽ in eclẽptica possederit, deq; eiusdem ab eclẽptica distantia reperta. Caput 14.

Ngulo proximè inuento gradibus videlicet 23 mi. 31, alter ex capite 7 cognitus committitur angulus, qui itidem graduum est 38 mi. 36, ex combinatione istiusmodi superant gradus 39 mi. 47. Per quẽ verum extremitatis caudinæ locum, latitudinemq; sic exquiro. Filum vnà cum margarita interuallo huic, quod extremitas caudæ cũ occasus puncto fecit gradib' scz 69 mi. 10 in A B imponẽs, idẽ in limbo super gra 39 mi. 47 angulo integro seu totali protraho, & vnio pũctum in area tenet, quod extremitatis sæpe dictæ latitudinem respectu eclẽpticæ, gradus nempè 36 mi. 44 cõmonstrat. G vero subtus F acceptũ, ab A cõputanti in G vsq; representat veram extremæ caudæ computatã distantiã, videlicet gr. 40 mi. 47 in eclẽptica à gr. 14 m̃ 36 ♎, totidẽ gr. & mi. cõtra signorũ ordinẽ numerati, & hoc à 14 gra. 36 m̃ ♎ incipiẽti, verus extremitatis locus in gr. 10 m̃ 57 ♌ incidit.



QVOMODO POSTREMVM ET CERtissimò caudã cometæ à Sole generatã repertũ sit. Caput. 15.

O quo Cometa per me obseruabatur die 13 nimirũ Augusti Sol 29 ♌ gr. vicesimũq; minutũ incoluit, hic quod Solis theorica tũ perdocuit. Verus etiã Cometæ locus è capite 11 cognitus est esse 19 ♌ gr. & mi. 15, ita quod Solis & Cometæ discrimẽ 10 gr. & 5 mi. fuerit ad amussim, Ad hæc præcedens caput locũ caudæ extremæ gr. Leonis 10 & mi. 57 tenuisse cõmonstrauit, vnde & illud liquet, quod caudæ extremitas à vero Cometæ loco non nisi 8 gr. & 18 mi. abfuerit. Hijs constantibus arcũ qui à Sole per cometæ mediũ transiret imaginabar, arcũ itẽ aliũ à Sole per Caudæ extremitatẽ ductũ. Atqui certũ erat arcus ambos à Sole tractus, alterũ per corpus Cometæ, alterũ per extremitatẽ caudę euntẽ, eosdẽ esse, cũ angulos pares cũ eclẽptica iuxta Solis gradum efficiãt, ex quo sequitur rursum lineã rectã, quæ è Sole per cometã educitur, vel educi cõcipitur, eãdẽ per caudæ mediũ lõgitudinaliter, vt sic loquar, transire oportere, quod si est, vt est, cõuincitur quoq; caudam à Solis lumine causari, quã quidẽ rẽ penitius hac industria discussimus. Numerantes ab A meteoroscopii versus C gr. 10 mi. 5 distãtiã scz Cometę à Sole, eãdẽ cũ G litera inscripsimus. Cometę itẽ latitudinẽ gr. scz 23 mi. 15 à G sursum versus B cõputãtes litera I notauimus. Per I literã postea ducẽtes filũ ab eo punctũ E ostẽdi vidimus. Post arcum à C contra E contemplanti gr. 67 mi. 49 offerri cõperimus, quãtitatẽ anguli arcus prædicti, illius videlicet, qui à Sole per cometã imaginat' & eclẽptica cõclusus est. Hoc facto ab A locũ extimæ caudæ à Sole distantem, qui est gr. 38 mi. 23 cæpim', numeratoq; literã L apposuim'. Ab L deinde ascendẽtes B contra latitudinẽ extremitatis, quæ est gra. 36 mi. 44 acceptã F litera insigniuimus. Hinc filũ per F emissum prope limbũ in pũcto E secare visum est, præter pauca m̃. quæ proculdubio instrumẽti culpa, obseruatione nimirũ iniquius peracta, induci potuerunt. Vtrisq; igitur angulis illis sibi paribus, omnino necesse fuit arcus quoq; à Sole eductus, alterũ per Cometã, alterũ per caudã eiusdẽ sibi cõuenire, eosdẽq; esse. Quod si est, oportet lineã à Sole per corpus Cometę euntẽ rectã, etiã per cometæ caudã secũdũ longitudinẽ rectissimè ferri debere, adeo ex hoc omni liberatus sum dubio, imo credere coactus sum, vel inuit', caudã à Sole oriri oportere. Post hac autẽ vnionẽ punctui I annectens, filũ in linea A B promouim', quo promoto statim in H puncto margarita Solis & cometæ differẽtiam, gra. vcz 25 mi. 14 monstrauerat. Postremo vnionẽ super F firmãtes, in linea A B punctũ M, ab A distans gra. 40 mi. 29 extremitatis caudæ Solisq; discrimen didicimus. Solis & co: differentia sublata ab 40 gra. & 29 mi. reliqui gradus 15 mi. 15 facti sunt, longitudo caudæ totius verissima.



Vltra mirari forsan quis possit, qui factũ sit, vt quoniam cauda à Sole sit orta, sursum tamen vergerit, nõ autem deorsum & terræ incumbens, qua de re, vt etiam rudioribus satis fiat imaginem subiungere vtile visum est talem, in qua citra speculationem res oculis subijcitur.